Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

iugiter suo ministerio deseruirent. Capi
ta leuitarum per familias suas principes cen
suerunt in ierusalem. In gabaon autem commora
ti sunt pater gabaon iahihel. et nomen uxo
ris eius maacha. Filius primogenitus eius ab
don. et sur. et cis. et baal. et neer. et nedab.
gedor quoque et achio et zacharias et macel
loth. Porro macelloth genuit semmaam.
Isti habitauerunt e regione fratrum suorum
in ierusalem cum fratribus suis. Ner autem genuit
cis. et cis genuit saul. et saul genuit io
nathan. et melchisue. et amminadab. et
esbaal. Filius autem ionathan miribaal. et
miribaal genuit micha. Porro filii mi
cha. fiton et maleth. et thara. Ahaza autem
genuit iara. et iara genuit alamath. et
azmoth. et zamri. Zamri genuit mosa. Mosa uero
genuit baana. cuius filius rafaia genuit
helesa. de quo ortus est esel. Porro a
sel sex filios habuit his nominibus
ezricam. bochrum. ismahel. sariam. abdia
IX anan. Hii filii asel. Philistiim autem pug
nabant contra israhel. fugeruntque uiri filii
israhel philisteos. et ceciderunt uulnerati in
monte gelboe. Cumque appropinquassent
philistei persequentes saul et filios eius.
percusserunt ionathan et amminadab. et
melchisue filios saul. et aggrauatum est
prelium contra saul. Inuenerunt que eum sagit
tarii. et uulnerauerunt iaculis. Et dixit saul
ad armigerum suum. Euagina gladium
tuum. et interfice me. ne forte ueniant
incircumcisi isti et illudant mihi. Noluit autem
armiger eius hoc facere. timore perterritus.
Arripuit ergo saul ensem et irruit in eum.
Quod cum uidisset armiger eius. uidelicet
mortuum esse saul. irruit etiam ipse in gladium
suum. et mortuus est. Interiit ergo saul. et tres
filii eius. et omnis domus illius pariter
concidit. Quod cum uidissent filii israhel qui ha
bitabant in campestribus. fugerunt. et saul
ac filiis eius mortuis. dereliquerunt urbes
suas. et huc illucque dispersi sunt. ueneruntque
philistiim. et habitauerunt in eis. Die ergo altero
detrahentes philistiim spolia cesorum. inue
nerunt saul et filios eius iacentes in monte
gelboe. Cumque expoliassent eum et ampu
tassent caput. armisque nudassent. miserunt
in terram suam. ut circumferretur. et ostende
retur ydolorum templis et populis. arma autem
eius consecrauerunt in fano dei sui. et caput af
fixerunt in templo dagon. Hoc autem cum
audissent uiri iabes galaad. omnia scilicet
que phylistiim fecerant super saul. consur
rexerunt singuli uirorum fortium. et tulerunt
cadauera saul et filiorum eius. attuleruntque ea
in iabes. et sepelierunt ossa eorum subter quer
cum que erat in iabes. et ieiunauerunt sep
tem diebus. Mortuus est ergo saul propter
iniquitates suas. eo quod preuaricatus sit
mandatum domini quod preceperat. et non custodie
rit illud. sed insuper etiam phitonissam consu
luerit. nec sperauerit in domino. propter quod inter
fecit eum. et transtulit regnum eius ad da
uid filium ysai. Congregatus est ergo omnis XI
israhel ad dauid in hebron dicens. Os tuum
sumus. et caro tua. Heri quoque et nudius
tertius cum adhuc regnaret saul. tu eras
qui educebas et introducebas israhel. Tibi
enim dixit dominus deus tuus. Tu pasces populum
meum israhel. et tu eris princeps super eum. Ve
nerunt ergo omnes maiores natu israhel ad re
gem in hebron. et iniit dauid fedus cum eis
coram domino. Vnxeruntque eum regem super
israhel. iuxta sermonem domini quem locutus
est in manu samuhel. Abiit quoque dauid
et omnis israhel in ierusalem. hec est iebus. ubi e
rant iebusei habitatores terre. Dixeruntque
qui habitabant in iebus ad dauid. Non
ingredieris huc. Porro dauid cepit arcem
syon. que est ciuitas dauid. Dixitque. Omnis
qui percusserit iebuseum in primis erit prin
ceps et dux. Ascendit ergo primus ioab filius
saruie. et factus est princeps. Habitauit
autem dauid in arce. et idcirco appellata est ciui
tas dauid. Edificauitque urbem in circuitu